Quæstio medica Quodlibetariis Disput. agit.da In Scholis Medicorum die Jouis 13 Decembris.

Doctiss. viro D. Juliano Beræo D. Med. Moderatore Prudentissimo.

An omnis à temperamento facultas?

Corporis naturalis perfectio forma est seu anima viuentis ἐντελέχεια quæ et simplex cum sit multis tamen speciebus viribus et facultatibus pro vario partium temperamento quarum opera utitur, quæ enim sunt actiones tot facultates constituuntur, quæ tamen in tres reuocantur naturalem vitalem et animalem, quæ quidem in operibus suis sua instrumenta et sedibus suis distinxit. Naturalis enim in iecore non venis sanguinem (cum quoquomodo superfluus, cum ob triplicem suam facturam nutriendis partibus aptissimum) conficit, quod peculiarem ad id munus obeundum temperamentum sortitur, cui quatuor aliæ ancillantur attractrix, retentrix, coctrix (quæ in pueris validior est) et expultrix. quæ licet ab uno partium temperamento promanant, singulæ tamen intercedunt...

Præstantissimum vero naturæ munus est gignere sibi sui speciei, sexu et officio, quod sine calido perfici non potest. Sunt enim duo generationis nostræ fundamenta: parentis calidum humidum et sanguinis menstrui copia ...

Quoniam autem qui singulis partibus ab ortu calor elementarius datus insitus, dum ... non potest nisi perpetua alterius caloris ὁμογενοῦς accessione foueretur vitalem facultatem necessitate præuidentem in corde calidissimo residere oportuit, in quo solo ob temperamentum ... vitalem spiritum de sanguinis vapore conficit, cunctisque partibus ... Diastole ... Systole ... Sic ira et audacia caloris, timor et segnities frigoris certa sunt argumenta.

Animalis denique ... nititur. ... Motus non sine musculorum ope ab ... excitatur. ... Phantasia enim humidam, memoria siccam stabilemque, ingenium subtilem cerebri substantiam arguit. atque ... morbis promptius afficitur.

Porro alimentorum et medicamentorum facultas ab ipsis etiam elementis varia proportione mixtis, petenda est. Alimenta enim vel totius substantiæ familiaritate in corporis substantiam facessunt, vel ... qualitate ... Prima vero medicamentorum facultas primarum qualitatum dominio accepta fertur, qua nos calefacimus, refrigeramus, siccamus et humectamus ... quo modo calida trahunt, ... frigida repellunt, ... humida relaxant, sicca contrahunt. omnia dolorem excitant præter humida. Sapores quoque temperamentum comitantur, et indicant. Tertia à tota manat substantia, quæ à temperamento diuersa non est. quo fit ut cathartica pro varia qualitatum proportione varios humores alliciant. sic venenorum alia manifesta qualitate, ut calore, aut frigore, quædam latente interimunt. quibus singulis sua alexipharmaca totius substantiæ dissidio aduersantur.

Ergo omnis à temperamento facultas.

Asserebat Petrus Artuys Polleius Cenomanensis. 1576.

D. Doctores disputaturi.

Vide thesim D. ... p. Sulpitii Rigault 30 Janu. 1592

M. Sulpitius Rigault.	M. Petrus de la mer.	M. Joannes Stellatus.
M. Joannes le Pescheur.	M. Claudius Rebours.	M. Philippus Alen.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE